

*De meritis Saxonum in
Lusatiam*

Vk
845

DOMINE DA INCREMENTVM!
MERITASAXONVM
IN
LVSATIAM

EX
CERTIS HISTORIARVM ET TABVLARVM
PVBLICARVM MONVMENTIS

OCCASIONE
MERITORVM B. MAETTIGII

D. V. APRILIS
QVO

CLAVSVLAM VITAE IMPOSVIT

A. C. M DCCXIV.

SEMPITERNAE GLORIAE COMMENDANDORVM,

QVIDAM

PIETATE ET ERVDITIONE

SPLENDIDI

EX ORDINE CONSALINORVM MAETTIGIANORVM

ALVMNI

IN

SUPERIORI GYMNASII BVDISSINENSIS

EXEDRA

HORA IX.

EXVLTANTES CELEBRABVNT

ET PRAETEREA

MEMORI GRATÁQVE MENTE

MANIBVS MAETTIGIANIS

INFERIAS DATVRI

PARENTABVNT.

QVOS VT

OCVLIS AVRIBVSQVE BENIGNIS EXCIPERE VELINT

SAXONICORVM MERITORVM CVLTORES

AMATORES INCREMENTI LVSATICI

MEMORIAE MAETTIGIANAE OBSERVATORES,

PATRONI, FAVTORES, AMICI,

REVERENTER, OBNIXE, COMITER,

ROGAT

M. DANIEL BARTSCH, RECTOR.

BVDISSAE, LITTERIS RICHTERIANIS.

BIBLIOTHECA
PUNICTAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

Aquilam profecto volare doceret, inveteratam Saxonum gloriam, antiquissimamque decora decenti persequi modo, qui non dubitaret. Vtrum hoc ex antiquioribus Wittichindus, Rossvita virgo monialis, Ditmarus Merseb. Adelboldus Episcopus Trajectinus, Henricus Rosta, Garzonius, Cranzius, Bruno, Georgius Fabricius, Laur. Faustus, Albinus, Spangenbergius, Chytraeus, Elias Reusnerus, Lungvicius, Stetnerus, &c. & ex recentioribus Gotfrid Olearius Senior & Junior, Müllerus, Sagittarius, Tenzelius, Sehurzleischius &c. absolute præstiterint, ali dijudicent. Haec siquidem Saxoniae laus est praecipua, quod digne laudari possit a nullo. *Quem fugiant tot bella, quae de fortitudine Saxonum testantur? Et nonne imperterriti, & formidabiles in toto orbe audiunt Saxones?*

Quis Saxonas altos

Et Wittikindos nescit, sacra Nomina, Reges?

v. Buchn. Poem. p. 312.

In tanto habentur subinde pretio, ut etiam illud natum Proverbium: Quod unus Saxo LXX. Svevis ematur, & CXX. Svevi uno Saxone emantur. v. Bruno Monachus in Historia Belli Saxonici a Frehero edita. Et quis nescit, omnes per Germaniam Domus illustriores Saxonicum sanguinem cum laude testari? v. Cranz, L. 3. Sax. c. 18. Imo ipse Fridricus III. Imperator, Saxonem Imperii Dextram & Maximilianus II. Augustum Electorem Fratrem & filii sui Patrem sepiissime nuncuparunt. Sed in virtutes atque Merita Saxonum, quia exponendo consequi non possumus, longius excurrere nolumus. Et prout Saxonum merita hinc & illinc sigillatim recensentur; ita Anno praerelapso ea sub auspiciis Marchionum Misniae in S. R. Imperium & Domum Austriae profecta, doctissime Carolus Otto Rechenberg delineavit Quapropter & in praesens dum anniversaria B. Maetigii memoria, Merita tanti in Musas Evergeta expandit, Merita nonnulla Saxonum in Lusatiam, quoad per tantam temporis angustiam, in tam difficili & pererrata materia & librorum atque monumentorum huc spectantium defectu fieri poterit, brevissime percontabimus. Merita *Wittikindi* in Lusatos primum sibi merito vindicant locum; qui ob rerum gestarum celebritatem Magnus cognominatus, animi magnitudine, opum amplitudine, corporis robore & arte militari praestantissimus, Patriorum Deorum hae. Ethnicorum, Cultor devotissimus, plerisque Rex, aliis & quantum videtur rectiss., Dux Saxonum, quantum sunt, qui tantum Angrivariorum & Westphalorum Ducem haereditarium, v. Georg. Fabric. l. 4. Originum Saxonie. pag. 425. nec haereditario quidem jure fuisse, v. Conring. ad Lampad. de Rep. German. P. 3. C. 7. Exerc. IV. de Ducib. & Comit. Imp. th. XI. ita tuant; nisi quod Saxonum Dux f. Rex Electicus fuerit, Saxoniam enim tum duodecim Proceres aeternis vicibus administrabant, ex quibus ingrueute bello, unus Rex legebatur. v. Cranz. Sax. L. 2. c. 22. Conring. de Urb. Germ. th. 51. de Judic. Reip. Germ. th. 20. Georg. Fabric. Orig. Saxon. L. IV. pag. 425. & Jo. Aventianus Annal. Bojor. L. IV. pag. 243. ubi occidentalium Saxonum Primarius vocatur. Hic mortua uxore sua priore Gveva, Goricici f. Gotfridi, Regis Danicae filia, a Zecho Izeischorum in Bahemia Principe, Toparcha Budsetii, in matrimonium accepit filiam Syatannam. f. Svaternam, optime de ejus civibus meritis, a quorum partibus steterat, in bello contra Carolum M. Jure sic dotali genti suae acquisivit Lusatiam, v. Leuber. in Orthen. descript. p. 10. Letzner. in vita Caroli M. & Casp. Peucer. in Jdyllio, quod An. 1594. Budissae summa cum Ampliff. Senatus voluntate prodit, add. Reusner. Opus Geneal. pag. 201. Gravisima cum Carolo M. per triginta annos gerebat bella, qua occasione Lusata gentes, militaris prudentiae ignarae, Martiae ab eo reddebantur. Et ubi post a Carolo victus, eidemque reconciliatis castra ejus sequens A. C. 785. Christi factis initiaretur, omni studio in id incumbere, ut obstinatos Sorabos, Lusatae Superioris, quae tunc ab ipsis Sorabia dicebatur, & Lusatia inferior unice modo Lusatia audiebat, Slavici generis populos. v. Thomas Zechorodus in Marte Moravico L. 1. c. 3. Bohuslaus Balbinus in Miscell. Bohem. Decad. 1. L. 2. c. 6. frangeret, efferatosque eorum mores Christi disciplina emolliret, v. Albinum in Progym. Nov. Sax. Hist. pag. 142. His tantis Meritis in Lusatos, accedit, quod & curam aedificiorum in Lusatia amplificandorum & aedificandorum in se suscepit. Mire enim Lusatiam exornasse, oppidaque tum celeberrima Königsbrück, Königswartha, Duxland und Wittenau f. Wittichenau, ad summum hujus Herois nomen, lautius extulisse & extraxisse, vel ex Peuceri Jdyllio v. 35. 45. feqq. appareat. Regem f. Duceem Saxonum, Caesar Saxonicus non sine summis in Lusatiam meritis excipit *Henricus primus*, Othonis Filius, Wittichindi M. Aetepos, Auceps vulgo dictus, quod aucupio vacanti, nuntius de Imperio ei collatus, allatus esset, qui ad asserendum Germanicae fortitudinis decus, Ludos Equitres f. Torneamenta introduxit, atque Germaniae splendorem mirifice amplificavit. v. J. Cuspinianus, Georg. Rixnerus in *Thurnier-Buch*, Melch. Goldast. Christoph. Befold. in *Theatr. Pract. Limnaeus enucl. &c.* Ad Leges itaque Torneamentorum Lusati compositi, in re militari admodum florere coeperunt. Et summum Lusatorum in Stratioticis his exercitiis fuisse fervorem, si non alius vel Conradus Marchio Lusatae qui sub Henrico Leone Duce, vulnere in ludo disillie accepto desedit, contestificari potest. v. Eliae Reusn. stirpem Wittikindeam Nec exiguum *Henrici gloriosissimae memoriae* est Meritum in nostram Lusatiam, quod Praefecturam Imperatoriam ei dederit. Atque hic modo Ditmarum Dietgremi filium, virum rei militaris peritia

ma-

magnum, & praesentium atque improvifarum rerum brevissima deliberatione egregium aestimato-
rem produco. Est enim ille, qui Henricum Aucupem Gronae ab Imp. Conradi exercitu ob-
fessum, non armis, sed stratagemace insigni, hostibus terrore incusso liberavit. In Patriam ere-
go ditionem restitutus, Comes Wethini, Burggrafus f. Praefectus Soraborum, & Budetii Dos-
minus auduit v. Reusn. c. l. Quod varia ornamenta in dignitatem Lusatiae equestrem congesterit
fortunas atque Dynastias ei conciliaverit, v. apud Leuber. in Principe Saxonico Lusat. manu
scripto. Et jure merito insuper amplissimam Marchionatus dignationem, ab Henrico lauda-
tissimo, Lusatiae adjectam recensemus. v. Manlii Comment. rer. Lusat. L. 2. c. 4. & 10. Cario-
nis Chron. Schurzfl. de Lusatia §. 5. Wirtichind. Annal. L. 1. pag. 540. seqq. & Meibomius in
Not. ad Wirtichind. Marchiones autem sic constitutos, Regioni cum imperio praefuisse, contra
finitimos Germaniae populos, de meliori prospexisse, ipsosque Sorabos manfventores reddidisse,
docet Reinecc. de primis Misniae Marchion. e Dietmaro deducta expositio, add. Albin. Chron.
Misl. pag. 96. Ex illis quam plurimis, qui munere illo splendidissimo fuerunt exornati, tantum
nominamus Theodoricum III. Heroem magnanimum, qui coenobium Dobraluceae fundavit. Et
Henricum, ob res gestas illustrem, ob liberalitatem munificum dictum, qui Monasterium Cellae
Novae condidit, v. Reusn. c. l. pag. 275. & 277. Slavos adhaec Henricus, summa in Lusatiam
clementia & cura utens, multis fatigaros praehis, v. Reusn. c. l. pag. 200. injusta possessione eji-
cere atque familiam Wittichindeam pestliminii jure in illam reducere omnibus contendit viria-
bus, v. Goldast. de R. B. L. v. c. 16. n. 3. pag. 23. Non minora sunt in Lusatiam merita Filii ejus *Ot-
tonis I.* qui ob singularem humanitatem amor mundi fuit nominatus, & cui rerum gestarum am-
plitudo, quas in toga pariter ac militia felicissime confecit, Magni cognomentum peperit. Hic
Marchionatus limites amplificavit, Lusatiaeque Superiori, inferiorem etiam adjunxit & simul
Agnatos Wittichindeos ditione sua per Slavos pulsos, laudabili patris exemplo, in provinciam
restituit, v. Goldast. c. l. L. 2. c. 10. & Peucer. in Jdyllo, de Ottone II. idem Patriae historiae con-
ditor, ita canit

Christicolasque rudes Doctore Antistite sacris
Imbuat, ac docuit notcere ritus DEVM.
Inde gubernata est urbs Praefide nostra ab eodem,
Marchio qui Soraba in sede Miffenus erat.

Adimus statim *Ottone III.* multis magnisque etiam Meritis in Lusatiam illustrem. Cum enim
Boleslaus Chrobry, quem primum Poloniae Regem ab Ottone nostro creatum esse, illi credunt,
qui Epitaphio in templo quodam Pofnaniensi in Polonia maj. subseribant, cujus ultimi verius ita
habent:

Ob famam bonam, tibi contulit Otto coronam,
Propter lactamen, sit tibi salus! Amen.

impressionem fecisset in Lusatiam Misniamque & Budislinam nostram vi expugnasset, *Otto III.*
pactis amicitiae foederibus ab hoste populabundo terras Lufaticas liberavit, v. Carion. Chron.
Edit. Witteb. 1580. pag. 320. & Peucer. in Jdyllo. Et profecto Imperatores hi Saxonici mul-
tum opera contulerunt, ut Idololatria ex Lufatia penitus ejiceretur. Hanc ob causam etiam
Episcopatum Miffensem instituerunt, ut Seminarium doctorum instar esset, qui Lufatos
quibus *Otto I.* Anno 950. Episcopum Miffensem Inspectorem constituit, eorumque
vicinos ad sancta Christi instituta ducerent, v. *Brötuff's Chron. Mersburg. L. 1. c. 13. 14.* *Cranz.*
Wandalia L. 2. c. 27. & 30. *Helmold. Chron. Slav. L. 1. c. 8.* Et quod Lufaci voluntatem Impera-
torum illorum tandem religiose expleverint, atque Miffensibus Episcopis obedientiam praestite-
rint, probat inter alios ipse Episcopus in Misnia Bruno qui Templum Cathedrale Budisse fun-
davit & ope Dietrici Misniae Marchionis extruxit; conf. *Manlius L. 1. c. 38.* & *Leuber in Descrip.*
Ortenb. c. 7. vel potius sub *Primislaw V. Rege Bohemiae An. 1218.* amplificatum denuo consecravit,
si quidem dum jam *A. 927.* a *Spitzneze,* Bohemiae Duce edificatum fuisse tradit *Monachus Pice-*
nenfis, qui in *Biblioth. Paulina Lipsi* servatur. Nec *Christiani II. Ducis & Electoris Sax.* summa in Luf.
merita sunt praeterunda, utpote cujus intercessione *Rudolphus Imp. Luf.* eo tempore Regno Bohe-
miae a *Carolo IV. Imp.* incorporatis, Evangelicae Religionis libertatem, Majestatis Sigillo muni-
vit, v. *Goldast in Append. Document. p. 140.* Jam ille Teutonicus Hecctor, quem imperat. ipsi Pa-
tre Cufodemo; saluti publice appellitarunt, *Joh. Georg. I.* etiam merita sua sed immensa in Luf.
commonstrat. Huic enim gloriosissimo Electori Lufatia perfecte tradita, sub ejus provisionibus
curis atque consiliis quasi ad robustam quandam pervenit maturitatem. Curam Lufatiae habebat,
antequam Lufatiam, utpote quaetum sub Imperatorum ditione, sed olim suae gentis erat.
Hinc ordines adhortabatur, ne *Fridrico Palatino,* qui contra Imperatorem & Bohemiae Regem
Ferdinandum II. electus erat, se adjuerent, & cum nihil fecius id facerent, eos ad officium
non modo redegit, sed etiam pro impenso in eos amote apud Caesarem obtinuit veniam li-
berumque in primis religionis exercitium. Et cum ipsi ob praestitam *Ferdinando Bohemorum*
defectione laboranti, egregie operam, impensasque in rem istius septuaginta duas, quas vocant,
Tonnas utraque Lufatia ab Imperatore haereditario jure *An. 1635.* traderetur, omnem suam
gratiam in Lufatos effundebat, Privilegia antiqua confirmabat, nova adiciebat, v. *Spener. Gene-*

al

al p. 133. & Insign. Sax. Famil. Sect. 1. §. 18. Christian. Gastel. de stat. publ. Europ. c. 23. n. 24. Pfannerus de præcip. Germ. Princip. gentibus c. 2. p. 109. Add. Mattheus Langvitiuis, Ecclesie Rochlicensis in Sax. Diaconus, qui scripsit latine Admiranda Saxonica. i. e. Opera Ecclesiastica & Politica Joh. Georg. 1. Ducis Saxonum Electoris. edit. Lips. 1662. in 4. Nec obliviscamur inter alia in Budissam nostram hoc insigne meritum. Cum nempe Arci Ortenburgensi dira Suecorum obsessio, multum damni inflixisset, Joh. Georg. I. & II. eandem extrui & eleganter instaurari iusserunt. Dicitur autem Arx illa Ortenburg, quasi Ortburg. Ita enim Poeta:

Alcius at Sorabo fixa est in culmine nostra

Arx, foret Eoi limes ac imperii,

Arguit antiquum nomen quod ut ultima regni

Sit cum præsidio finibus imposita.

Quem felicitatis fulgorem sub gloriosissimo *Johanne Georgio II.* ubi aurea Saxonie ætas erat Lusatia insuper adepta sit, res aperte loquuntur. Addit An. 1667. pactio ab ordinibus Equestribus confecta, confirmationem, qua omnes illi Domini Clientelatum, emtionis jure esse prohibentur, ad quos non per avitos satis majores deducta est nobilitas. Deinde An. 1671. Proceribus Lusatiae provincialibus privilegium concessit, qua curam præfecturæ provincialis vicariam quasdas *Gegenhändler Amt* vocatur, soli Equestris dignitatis Viri gerere debent. Exhinc An. 1672. Serenissimum Domus suæ Principem & Electorem heredem Joh. Georg. III. Lusatiae Præfectum ex propensissima in eam voluntate constituit. Postmodum revise estimationis s. taxationi literarum, quæ auctoritate publica sub signo Tabularii Curiae Superioris, & Judicii Aulici dantur, calculum suum adiecit. De *Johanne Georgio III. & IV.* constat inter alia in apicium posita, illum, Consultum, quo jus æquumque circa servos servasque ordinatur; hunc vero Religionis Sacra, tabulasque quibus Lusatia in manus Joh. Georg. I. data fuit s. Traditionis Receptus comprobasse. Et quid tandem de *Fridrico Augusto*, Potentissimo Poloniarum Rege, Electore Saxonie Serenissimo, Indulgentissimo Patre Patriæ dicendum? Æterna ejus sunt in Lusatiam merita, quibus nec recensendis, nec prædicandis sumus apti. Admiramur in summo regionis Præfecto, Regio Principe Electore hæredæ & tutela pro Mauritio Wilhelmo defendendo antehac suscepta, summum Optimi Regis & Electoris in utramque Lusatiam favorem. Et pauca modo ex monumentis publicis levi penicillo, ardente tamen atque intenta pietate delineamus. Insignis erat ejus gratia, cum 1677. liberum Religionis exercitium confirmaretur & An. 1703. hæc beneficium iteraretur. Item, cum exteris populis in Lusatia milites conquiret An. 1701. prohiberetur. Sic jussu illius factum, ut tabule nonnullis vicibus sigerentur, quo vice detentores, & ad commendam corrupte rescicerentur, in quæ si nem etiam arbitri ad negotium illud perlustrandum aliquoties ablegati sunt. Progredientibus portorium s. vestigal, quod Accisorum nomine venit, A. 1704. introductum, se nobis sistit, quod tributi genus vel nomine infimæ plebi odiosum, admodum tamen tolerabile est, in primis cum reliqua cessant fiscalia. Et ut tranquillitas amorque erga DEVM & proximum incrementa caperet An. 1706. libellum apologeticum de monachia in universum intermitteunda promulgabat, eodemque anno strepitus Musicos, atque tripudia in tabernis meritoriis, die Dominica & in aliis imperativis feriis allevare interdicebat. Singulariter vero gratia Regia erga Budissam, caput Superioris Lusatiae elucet. Huius civis non pauci domus & fortunas suas incendio amiserant. Et ecce in eorum scelerum ad ædium reparati nem & emendationem, non exigua pecunie summam concedebat; eos certis per septem annos oneribus levabat. Rex ubique clementissimus. Quare etiam nunc ad benevolentissimum ipsius placitum, ex domibus ligneis non modo lapideæ, sed fere magnificæ ubique exsurgunt. Contra degrassantem in vicinis locis morbum epidemicum quomodo Lusatia consuluerit, accurata restatur ab eo An. 1708. tradita cautio & provisio. Sed non sufficiens erat hoc anno Lusatiae exhibita gratia, nova eandem statim excipiebat. Per Lusatiam enim iter facientes ut Lusatiam florentem & hospitalem observarent, benigne respiciens, diversoria rite mundari atque peregrinabundos amicitissime excipi jubebat. Nec satis erat Lusatiam contra omnes hostium tentationes protegere, sed ut ipsa perpetuum haberet militem cupiebat. Quapropter An. 1710. mandabat atque inperabat, ut non modo cives sed & inopidani artem bellandi discerent. Quod in mandatis An. 1711. dederit, ut etiam in Lusatia jus cambiale curate exerceretur & ne Clerici obfidio de pecunia caverent: Quod lege sanxerit An. 1713. ne in conviviis, quæ in restium baptismi gratiam instituantur opes sordide & citra necessitatem luxuriosa commestatione dearturarent nec plures quam tres fidei dictores eligerentur, in recenti viget memoria. His tandem *Saxonum in Lusatiam Meritis* breviter, quantum Programmatissimos limites per miserunt adductis, hoc addimus votum:

Dum Lusatiorum gens inclusa vivit in orbe

Legibus & studiis, providus usque Pater

Consilium tradens æternum fortiter adfice

Lusatias Saxo, Saxonibusque DEVS.

Hæc subinda merita Orationibus latinis sequentes Juvènes studiosi decantabunt, *Meritorum B. Mauricii in Budissam & sigillatim in literarum Cultores* gratissimi Praecones:

I. Chri-

Handwritten marginal notes in Latin script, including the name 'Mauricius' and other illegible text.

I. Christianus Gottlieb Buderus, *Kittliciensis Lusatus*, Merita *Wittekindi M. in Lusatiam* concelebrabit.

Patreus est Viro Venerando Doctissimoque Martino Buderero, de re sacra pagi istius Diaconi munere naviter merito. Post paternas curas, domesticorumque doctorum disciplinam, in ludo Loebaviensi prima elegantioris doctrinae fundamenta posuit, & cum interim pius genitor fato functus & ipse omnibus praefidius nudatus esset, ad indulgentissimam ingeniorum in nostra Lusatia nutricem Budissam se contulit, pensissimamque PATRIAE PATRVM voluntatem, infinitis argumentis expertus est. Non enim solum B. Maertigii consalinis adscripterunt, sed per septennium fere, raro exemplo, egregium illud ipsi beneficium conservarunt, stipendiumque Academicum Maertigianum per liberaliter adjecerunt, in quibus omnibus summe ipsi profuit, admirabilis Magnifici Excellentissimique *Behnaueri, Guntius Kemp.* i ostra auspicio moderantis indulgentia, cui summo suo Maecenati, non minus quam vero Parenti debere publico hoc testimonio Buderus proficitur, permagnumque in Magnifico Senatus ejusque continuata benevolentia subsecuturae suae fortunae momentum ponit aeternique Clientis venerationem spondet. His merito adjungit Perreverendum Amplissimumque *Joannem Pellachium*, in D. Petri aede sacrorum administrum munere & meritis suspiciendum, qui pignora sua fidei ipsius tradidit eundemque largis cumulavit beneficiis, pro quibus laetissima filiorum, indole optimorum, incrementa pie apprecatur. Hujc igitur discessuro in Academiam Philyream Jurique ac Politicis studiis sacratio, non aliene sed sua luce splendido, non commendationis auxilio opus est. Viram & studia rectissime semper instituit; In studiis industriam, rectitudinem in vita adhibuit & ut paucis dicam, quod in hoc Ornatisimo Juvene deprehendi, id egit ut doctior & melior in dies fieret. Singulariter autem in stilo Romano, Historia Politica & Litteraria egregios fecit profectus, cujus specimina saepissime & nuper modo in Curia non praeparatus ex tempore, coram Amplissimis Patronis cum applausu edidit, ut, si pergat hoc virtutis & diligentiae tramite, uti certe confidimus, Respublica summo cum fructu ejus opera, uti possit. Ex animo eum nos salvere & valere jubemus. Propitios Viales, Buderero suo, quocum per biennium inter privatos parietes bonis literis impigre operam dedit, exoprabit, juvenis florens bonaeque spei *Johannes Christianus Pellachius*, Uhyft. Lusar.

II. Johannes Mosigius, *Eiserodensis Lusatus*, de *Augustorum Saxonum in Lusatos Meritis* dicet.

Is Patre Petro Mosigio, Incola Eiserod. natus, fundamentis doctrinae & artium liberalium imbutus Lyceo Loebaviensi vale dicens Budissam studiorum suorum altricem invenit, ubi tabulis Gymnasii inscriptus per quadriennium, ferme in literas ingenuas incubuit & singulari summo-

Ms. 845 A X 26863 38
rum Patronorum benevolentia Alumnis Maettigianis associatus fuit, quo laudabili beneficio ultra triennium fruitus est, id quod gratissima mente nunquam non recogitabit, jam vero S. Theologiae sacrae Lipsiam sibi destinavit. Et hic sedulus atque pius imo placidis ornatus moribus Gymnasii nostri adhuc Civis, ingenio suo eruditionem, vitae associavit probitatem. Non modo literis latinis, graecis, eberinis; sed etiam bonis artibus non vulgariter imbutus. Non verba do, quilibet Cenfor rem in eo deprehendet. DEVS ipsi producat annos, fospitet quoque ejus studia Academica, ita aliquando Ecclesiae erit utilissimus.

Profelici ejus ita vota Graeco idiomate nuncupabit, Johannes Gottlieb Mt. Budiissinus.

III. Christianus Gottfried Henniety/ Budiiss.
*Christiani II. & Jo. Georg. I. Principum Elect.
Saxonum.*

IV. Johannes Gottlob Schilling/ Budiissinus.
Jo. Georg. II. III. & IV. &

V. Johannes Balthasar Lange/ Klein-Bausen Lus.
*Fridrici Augusti, Regis Poloniar. & Saxon. E-
lectoris potentissimi.*

Merita in Lusatiam facta praedicabunt.

Agite ergo Patroni, Fautores & Amici sua quisque dignatione suspiciendi & honorifica Vestra praesentia, non modo pietatem in tot Saxonum Merita, sed & gratam Meritorum Beati Maettigii memoriam declarate, quae Vestra in Musas nostras nulla obliterabit oblivio Merita.



F. N. 30, 17.

*De meritis Saxonum in
Lusatiam*

Vk
845

DOMINE DA INCREMENTVM!
MERITASAXONVM
IN
LVSATIAM

EX
CERTIS HISTORIARVM ET TABVLARVM
PVBLICARVM MONVMENTIS

OCCASIONE
MERITORVM B. MAETTIGII

D. V. APRILIS

QVO
CLAVSVLAM VITAE IMPOSVIT
A. C. M DCC XIV.

SEMPITERNAE GLORIAE COMMENDANDORVM,

QVIDAM
PIETATE ET ERVDITIONE

SPLENDIDI
EX ORDINE CONSALINORVM MAETTIGIANORVM
ALVMNI

IN
SUPERIORI GYMNASII BVDISSINENSIS
EXEDRA

HORA IX.
EXVLTANTES CELEBRABVNT
ET PRAETEREA

MEMORI GRATIQVE MENTE
MANIBVS MAETTIGIANIS

INFERIAS DATVRI
PARENTABVNT.

QVOS VT
OCVLIS AVRIBVSQVE BENIGNIS EXCIPERE VELINT
SAXONICORVM MERITORVM CVLTORES,
AMATORES INCREMENTI LVSATICI

MEMORIAE MAETTIGIANAE OBSERVATORES,
PATRONI, FAVTORES, AMICI,
REVERENTER, OBNIXE, COMITER,

ROGAT
M. DANIEL BARTSCH, RECTOR.

BVDISSAE, LITTERIS RICHTERIANIS,

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

